



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Liber Theologiæ Moralis, Viginti Qvatvor Societatis Iesv
Doctoribvs Reseratvs**

**Escobar y Mendoza, Antonio de
Lvgdvni, 1659**

VIII. Practicæ Resolutiones circa prædicta.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41066

87. *Quid est Torpor?* Quod negligit homo seipsum, & facere omittit, quod praecepto tenetur.

88. *De Malitia quid?* Malitia est, qua homo odio habet ipsa bona spiritualia in se, quia vellet ea non esse: aut qua hominem poenitet bene fecisse, & impleuisse, quæ efficere tenebatur.

89. *Quidnam Rancor?* Est, quo homines, qui ad spiritualia peccatorem inducunt, (v.g. Concionatores) sunt ei fastidio, & eos auersatur.

90. *Quid denique de mentis Euagatione?* Est defectus intentionis, qua rebus spiritualibus exequendis, & exercendis est adhibenda.

91. *Horum actuum exprime grauitatem.* Desperatio equidem peccatum mortale grauissimum est, cum ex consensu rationis sit pleno; quando vero solum est motus quidam imperfectus, veniale est. Pusillanimitas ex se veniale. Torpor quidem graue delictum. Malitia grauius. Rancor autem leuis culpa, nisi graue odium admisceatur, quo proximum graui malo affici desiderarer. Euagatio denique mentis notabilis mortale crimen esset, si ex culpabili negligentia exorta. v.g. si aduententer recitaturus Canonicum Officium ab interna attentione huic operi debita recederes.

C A P V T VIII.

Praxis circa materiam de Peccatis Capitalibus ex Societatis I E S V Schola.

92. *Quodnam vanagloria mortale sit crimen?* Respon- §.1.
deo ex Baldello gloriari de peccato mortali, vel ad Devana
finem mortaliter malum, mortale esse. gloria.

93. *Licet ne gloriam & famam ob finem bonum optare?* To- Bald.
letus assent licere optare quantum quisque meretur. Tolet.

94. *An sit ex se peccatum mortale inanis gloria?* Negatiuè
respondet Toletus. Tolet.

95. *Predicare, aut Missam celebrare præcipue vanagloria causa, quodnam peccatum?* Affirmat Saa utrumque probabile, Saa.
remittitque ad Sylu.verb. *Vana gloria.n.2. explicationem.*

96. *De Prodigalitate Avaritie opposita rogarim, an solummodo contra iustitiam militet?* Asserto cum Baldello, non so- §.2.
lum peccare mortaliter eum, qui Dei legem transgreditur ritia. De Aua-

T 3 in

294 *Moralis Theologiae Tract. II. Peccata,*

in materia iustitiae prodigè res alienas consumendo , v. gr. h
tutor res pupillorum consumat: sed etiam, quia legem trans-
greditur in materia charitatis , v. gr. si quis ex prodigalitate
vxori & filiis prout debet, prouidere non possit.

§.3. 97. *Quando actus illi, qui quidem Luxurie filia nuncupan-*

De Lu- tur, contra sextum preceptum per se explicitè excurgunt, scilicet
xuria. lethales : rogo num etiam mortalia crimina sint à sexto absti-
cti precepto ? Esse planè cum Baldello respondeo, cum scilicet
quis per mentis cæcitatem ex affectu Luxuriae causatam in
se, non proponit sibi explicitè Deum , & vitam æternam
prout ultimum finem : & per precipitationem rationis , &
inconsiderationem non eligit sibi media , ad quæ tenetur ex
aliquo precepto : vel per inconstantiam desistit ab eo , quod
tenetur exequi , &c. Profectò quamvis communiter ex hu-
iusmodi vitiis non contingat peccatum mortale, nisi quando
occurrat legis transgressio , seu precepti : potest tamen al-
quando contingere , ut grauiter delinquatur etiam propter
huiusmodi transgressionis periculum. Porro Reginaldus adi-
cit rationem , cur hi actus sint lethales, quia scilicet graui
sint impedimenta ad salutem consequendam.

§.4. 98. *An indignatio non volentis videre vel audire eum, cui*
De Ira. irascitur , sit mortale peccatum ? Communiter veniale esse Te-
Tolet. latus affirmat.

§.5. 99. *Num tristari de bono alterius, quia mihi proprium be-*
De Inui- num diminuit, sit graue commissum ? Asserit Suarius ex suo ge-
dia.

Suar. 100. *Est ne mortale , ministrare & groto cibum, aut potum, ex*
§.6. *quo febris augeatur ? Minimè ; quia & grotanti graue malum*
De Gula. non infertur : nisi tanta debilitate laboraret, vt leuis cibi aut
potus immoderatio graue ei nocumentum exprelse à mini-
strante præuisum inferret. Sic Lessius.

Less. 101. *Gula indulges nimis venialiter ; at ex huiusmodi ni-*
mictate prouides futuram in somnis pollutionem : num sit graue
gula ex hoc capite flagitium ? Ex Lessio respondeo non esse
culpam mortalem , si pollutionem per se non intendam , &
per huiusmodi cibum aut potum procurem.

✗ Sanch. 102. *An comedere , & bibere usque ad satietatem absque*
necessitate ob solam voluptatem , sit peccatum ? Cum Sanctio
negariè respondeo , modò non obsit valetudini ; quia licet
potest appetitus naturalis suis actibus frui.


§.7. 103. *Quintum peccatum est Acedia: Non solùm mortale,*
De Ace- sed grauissimum ; quia est propinquum odio Dei , in quan-
dia. tum scilicet est directè oppositum gaudio charitatis : & de illo

Examen III. De Peccatis Mortalib. cunctis. 295

illo tristatur, & quo ex charitate cum Deo, & ex amicitia Dei est gaudendum.

104. *Num possit Acedia esse venialis?* Cum Baldello iudicet ex indeliberatione posse esse veniale, non autem ex materiae leuitate, nisi accipiatur generaliter Acedia pro quacumque tristitia de bono spirituali, & ex quocumque motivo.

105. *An circumstantia Acedia sit in Confessione exprimenda?* Sentit Baldellus explicandum non esse necessariò: Sacrum omisi ex Acedia; sed sufficere, omisi sacrum, si Acedia generaliter accipiatur, quæ quidem peccatum in aliam speciem non trahit. At id minimè admissendum de Acedia specialiter dicta, quæ charitatis gaudio specialiter opponitur; quando enim adiungitur alteri alicui malitia in alia specie, & contra aliquod aliud præceptum, specialiter est in Confessione aperienda. Fatae tamen raro contingere, ut quis specialiter doleat, ac tristetur de bono suo spirituali, in quantum est bonum diuinum, & specialiter Acedia peccato delinquit.



E X A M E N III.

Cuncta peccata Mortalia recenso pœnitentem *Instru-*
instruens, quonammodo generali Confessioni, Genera-
aut particulari obseruare debeat siue ge- *lē Con-*
*nrales fidelis obligationes, siue status cuius-*fessionē.**
uis speciales euoluendo.

C A P V T P R I M U M.

De prænoscendis ante Confessionem.



*Venam in pœnitente dispositio sit necessaria ad §. 1.
Confessionem? Potest hæc ex tribus explorari, Dolor,*
scilicet ex dolore, ex proposito, ex integritate & pro-
Confessionis. *positum.*

2. *Quidnam circa dolorem adnotandum?* Affirmo, dolorem aliquem esse necessarium, qui saltem sit attrito cognita, vera quidem, non existimata tantum ita ut excludat voluntatem peccandi, & includat propositum absolutum non pec-

T 4 candi